

Jacob Burgmann

M. Jacob. Burgmannus, Græcarum Literarum Prof. Publ. Ord. ... Hodie Academiæ Rostochiensis Rector, Ad Jubilaeum, Qvod Hactenus Devote Celebravimus, Lutherano-Evangelicum ... Secundum ... Et Ideo Benevole Audiendam Orationem Gaudii Hujus Secularis Ultimam, Qvam ... Dominus David Henricus Koepkenius, Phil. Et Theol. Doct. Poeseos Prof. Publ. Ord. dDe Inæstumabili Utilitate, Ex Arduo Reformationis Opere Ad Omnes Meklenburgicæ Regionis Incolas Derivata ... Die XXIII. Novembr. ... Publico Habebit ... Invitat


Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1717?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1012698491>

Abstract: Feier der Universität Rostock zum 200. Jahrestages der Reformation.

Druck Freier  Zugang





Bibl.


Schol. Gustrow.

1836.

~~Mk 310~~

Mk - 7775.





M. JACOB. BURGMANNUS,

GRÆCARUM LITERARUM PROF. PUBL. ORD. FACULT. SUÆ
SENIOR, ET H. T. DECANUS,

HODIE

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS RECTOR.

^{AD}
JUBILÆUM,

*QVOD HACTENUS DEVOTE CELEBRAVIMUS,
LUTHERANO-EVANGELICUM, IDQVE SE-
CUNDUM RITE DEO QVE PLACENTER
CONCLUDENDUM,*

ET IDEO BENEVOLE AUDIENDAM

**ORATIONEM GAUDII HUJUS
SECULARIS ULTIMAM,**

*QVAM
VIR MAXIME REVERENDUS, AMPLISSIMUS.
EXCELLENTISSIMUS.*

**DOMINUS
DAVID HENRICUS
KOEPKENIUS,**

PHIL. ET THEOL. DOCT. POESEOS PROF. PUBL. ORD.

*DE
INÆSTUMABILI UTILITATE, EX ARDUO RE-
FORMATIONIS OPERE, AD OMNES ME-
KLENBURGICÆ RÉGIONIS IN-
COLAS DERIVATA,*

*DIE XXIII. NOVEMBER. HOR. X. IN AUDITORIO ACADEMICO PUBLICE HABEBIT,
ILLISTRUM COLLEGIORUM DUCALIUM, NEC NON UTRIUSQUE
MAGISTRATUS PROCERES, OMNIUM FACULTATUM DNN. PROFESSO-
RES, DOCTORES, VERBI DIVINI PRÆCONES, FLORENTISSIMOS SCI-
ENTIARUM CULTORES, LITERARUMQVE FAUTORES, EA,
QVA PAR EST, HUMANITATE INSTANTISSIME
INVITAT.*



ROSTOCHII, Typis Joh. WEPPLINGI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

40.



Unc demum rite & decenter omnia se habere existimamus, si, qvalia prima fuerunt, talia quoq; ultima sint, hæcq; illis examissim respondeant. Enim verò e rerum fine de rebus ipsis sententiam ferri judicariq; notissimum est, ut nihil non bonum, nihil non egregium extitisse putemus, clausula qvando bona fuit. Qvorsum hæc intelligi velim, pro se quisque, vel me non monente arbitrabitur. Videlicet exorsi sumus pluribus abhinc diebus ad mandatum & præscriptum SERENISSIMI NOSTRI PRINCIPIS AG DOMINI, DOMINI CAROLI LEOPOLDI, DUCIS REGNANTIS MECKLENBURGICI, DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI, urgente hoc ipsum nostrâ pietate, initia Jubilæi Lutherano-Evangelici Secularis lætissima, & gaudia nostra omnium Facultatum Dn. Professores, nec non Studiosi fulgidissimi, declararunt publicè, tam perorando quam disputando. Neqve tantum primordia illius festivitatis inter has solennitates sunt facta, sed & hoc usque felicissime continuatum est illud Jubilum, nihilque jam restat aliud, quam ut exoptatus finis tantis imponatur gaudiis. Singula illa curatius recensere non est mei operis, sed illud solum aggredior, qvod præsens scriptio mihi injungit, ut, qvemadmodum antebac inchoamenta Jubilæi Centenarii secundum recurrentis à Programmate qvodam inceperant, sic exitus illius simili Programmate finiatur. Priori illo velut præparatorio Actus Jubilæus solemniori more aperiebatur: Posteriori hoc idem ille actus non minori cum gaudio claudendus sicutur. Utroque & magnitudo tam insignis beneficii, qvō mediante Reformatione, per Megalandrum Lutherum affecti sumus, & preces suspiriaque continentur ut in eadem fidei confessione perseveremus tamdiu, donec usum sensum nobis abstulerit suprema hora. Numam Pompilium secundum Romanorum Regem divini cultus [si ita dicendum est] studiosissimum fuisse accepimus, & illō Rege Ancile, firmamentum illud & columnna Imperii Romani cœlo delapsum fuisse, traditum est, qvo apud Romanos manente Rem-

Rerpublicam fore salvam & incolumem credebant, il-
lō autem abreptō, vel aliorum transportato, ruituram
pessumque ituram esse metuebant, ideoque magno in hono-
re, magnaq; veneratione habitum diligentius semper adser-
varunt, & coluere religiosius. Istiusmodi Ancile, hoc est
fulcrum atque pignus omnis nostrae felicitatis aestimamus
ex meritō suō, sanctissimam illam atq; cœlestem per benedi-
ctum Div. LUTHERI ministerium à sordidissimis Pontifici-
orum inquinamentis repurgatam doctrinam. Hæc unicum
Christiani cœtus columen atq; firmamentum. Hæc à Cle-
mentissimo Altissimōque JEHOVA misericordia errorum ca-
ligine obductis, planeque cœcūtientibus tanquam lux cla-
rissima cœlitus est demissa, per electum sibi organum, Marti-
num Lutherum, optimis spiritus sui donis ita instructum
atque exornatum, ut arduum illud atq; incredibile Refor-
mationis opus & inciperet animosē & absolverit feliciter.
Hæc sanctissima & per Reformationem divinitus restituta
doctrina est Ancile & Clypeus, per quem certa jam &
stabilita fides nostra quævis temptationum tela excipere,
Satanæq; machinationes & dolos repellere valet, adver-
sus quod etiam portæ inferorum valebunt nihil. Si ita-
que depuratam hancce religionem, si pura hæc & inteme-
rata fidei dogmata servaverimus, si nullis falsitatum
corruptelis velut pestilenti quodam sidere afflati animos
mentesque nostras aliorum transferri patiamur, non est
quod timeamus adversariorum insultus audacissimos. In
quo ut magis magisque confirmemur, & ut in verâ Dei
agnitione persistamus tenaciter, nec in discriminem ani-
marum recidamus, jam discriminē exenti, ardenter
simis porro contendamus precibus. Meminerimus igitur,
semper in quantis tenebris olim fuerint, qui Papicola-
rum superstitionibus adhaeserunt miseri mortales, Majo-
res Nostri. Recordemur perpetuò, quantis periculis ere-
pti jam nos sumus, postquam discussis falsorum dogma-
tum nebulis ad lucem veritatis Evangelicæ attollere ocu-
los datum, postquam jam non amplius errabundi, sed cer-
ti, & quidem fido nixi antequam Megalandro no-
stro, eam ingressi sumus viam, eam calcamus semitam,

quæ

qvæ dicit ad salutem. Quid ergo jam æquius est, quid nostræ necessitati convenientius, quam ut templum pietatis ingressi vota precesque ad cœlum mittamus, erigentes aram gratitudinis perennantem Deo Uni & Trino, æterno, glorioſo, immortali, devotissimâ submissione agnoscentes ineffabile hoc Reformationis Lutheranæ opus, cuius interventu de Pontificali imposturâ & technis triumphare & plaudere possumus, non sècùs ac servi compedibus abjectis in libertatem asserti & vindicati. Præbit nobis in laudatissimo hocce proposito, perendino die, volente DEO, elegantiſſima oratione Vir Maxime Reverendus, Ampliſſimus, Excellentissimus, Dn. DAVID HENRICUS KOEPKENIUS, Philosoph. & Theolog. Doctor, & Poëeos Prof. Ducal. Ordin, celeberrimus, Collega noster honoratissimus, deducturus copiosius, qvæ nunc paucis verbis sunt exposita, & additurus sic adeò famigerabili huic Jubilæo Lutherano-Evangelico Seculari Secundo colophonem. Ad qvem benebole audiendum, precesque pro inæstimabilis hujus cimelii purissimæ scil. doctrinæ conservatione, nec non pro SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI Salute, atqve Academiæ, Civitatis, imo totius Provinciæ hinc dependente felicitate devotissimè fundendas, Illustrium Collegiorum Ducalium & Utriusque Magistratus Proceres, Omnim Facultatum Doctores, Ecclesiarum Antistites, Artium Liberal. Magistros, Scientiarum Cultores, omnesque Literarum Fautores, qvam fieri potest humanissimè invito.

P.P. Sub Sigillo Rectorali, Circa Jubilæi Evangelico-Lutherani Secundi Finem.

d. XXI^{mo} Novembr. Anno MDCCXVII.




Jo.
vel
en:

et

ins
ude
ich.
ha
neis.
Ju
ret/
ar
tien
e an
vie
dein
ben/
Ro
und
gen
je
iner
zen/
het:
set
ste
ing
hen
uch
reib
Ge
dem
n
an
gde
nnt
nnt
nnt
nnt

Aus
An dem
Erfreulichem E
Des
JUBILEI
LUTHERANI
Welches
Zum Sventenmahl gefeyr
wurde/
Der
Decanus Facultatis Medicæ
D. GEORGIUS
THARDING,
Zur mehrerer Celebrirung ein
SOLENNE ORATI
Den III. Novembr. Anno MDCCXVII..
Im grossen AUDITORIO hiel
Ward
Zur Vermehrung der Freude f
ARIE
Vor / zwischen und nach gehaltener / Rede
abgesungen.



ROSTOCK/
Gedruckt bey Niclas Schwiegerau / E. E. Rahts Buchdrucker.

21.